

supra legitur, ipsa predicta soror mea Romana se obser-
 vaverit et custodierit se de malo vicio et Dei servicio adim-
 pleverit, tunc habeat firmissimam potestatem post ho-
 bitum suum monasterio hordinare a quocumque homine
 voluerit per vera virtute, sicut et ego ei omnia hordinavit,
 ut non sit homo nec maior nec minor, qui contradicere ei
 debeat. Hec ita in Dei nomine prehordinata et determinata
 nostris et futuris temporibus in vita sive post morte
 perpetualiter iudicamus esse constituta. Reliqua vero,
 que habere videor, sicut per breve mea determinavero
 specialiter et fuerit hordinata, ita permaneat tam in pa-
 rentibus quamque in matrem sanctam ecclesiam, tam
 in loco sanctorum sive pauperibus captivis quamque
 in sacerdotibus, ita ut specialiter dixi, maneat terminatum.
 Volo et iubeo in sancta matris mee ecclesiae, que ego in-
 dignus peccator Ursus episcopus a fundamenta edificavi
 et in omnibus ea construxit cum omnem edificio suo et
 hornamentum eius, que acquisire ego ibi potui de omni
 specie, postquam hunc pontificatum accepit, ut ibi per-
 manere debeant omnia usque in perpetuum. Insuper
 de propria rem meam pro medelam anime meae offero
 pro restauratione ipsius sancte ecclesiae beati Petri
 apostoli, idest libras trecentas de argento bono, adhuc et
 aliud, quod nobis omnipotens Deus inspiraverit et beatis-
 simus Petrus apostolus. De autem basilica beati Severi
 confessoris Christi volo et iubeo, ut coniuncta permaneat
 semper cum ecclesia beati Laurentii, ut nulla separatio
 exinde fiat. De reliquo, que remansit extra istas iamdictas
 sex uncias principales, que iamdudum terminatum habeo
 in basilica beati Laurenti et sorori meae, volo et iubeo de
 mea causa, ut exinde fiat tres porciones, prima parte in
 redemptione captivorum, alia vero in sacerdotes et paupe-
 ribus, tercia vero porcio in restauracione ecclesiarum
 Dei et in monasteria, sicut mea voluntas decreverit, et ad
 consanguineos meos, cui ego nominando testificavero
 tam in vita mea quamque post habitum meum. Post
 hec omnes exinde contempti de ista hereditatem meam
 in futuro maneat excepto, cuique voluerit et amaverit so-
 ror mea de sua porcione commemorare, volo et iubeo ut